106

190

S. P. Vir admodum Rev. et Excellentiss. Fautor et Amice colende.

Excusarem diuturnum silentium, nisi illud jam veluti ordinarium nobis factum esset; adeo ut frequentioribus literis venia potius [illegible] videatur. Interea tamen amicissima tui tuorumque memoria

103

189

Admodum Venerande Celeberrime Vir, Fautor et amice honorande.

Multum sane debeo benevolentiae tuae in cujus fidem humanissimas ad me nuper exarasti literas, quibus hoc effecisti ut non modo nil meo erga te obsequio decedat, sed indies magis tibi serviendi desiderio accendar. Commendatus mihi D. ter Haar cujus ingenium ex alloquio perspexi. Nosti quanti semper Franekerani aestimarint virtutem D. Hiskedij. Multi sane proceres ei impense favent propter eruditionem et elegantissimos mores. Ego antehac commendavi D. Gronovium cujus debito [illegible] decreta fuisset professio, sed magnatum simultates conatus irritos reddiderunt. Postmodum ter diversis temporibus acceperunt codicillum vocationis ab Ill. Ordinibus missum, sed hactenus nemo fidem nobis addixit. Quem in comitiis porro electuri sint proceres nescimus. Non est tutum interloqui consilio dissidentium procerum. Strenue ursit promotionem D. Hiskedij Vener. noster collega D. Fullenius, sed ille pro! octo abhinc diebus morbo maligno correptus nil cupit jam agonizans praeterquam dissolvi et esse cum Christo. Valetudinis recuperandae in illo nil spei reliquum. Animo caeteroquin est tranquillo et fiducia pleno. Obitus viri pij et industrij multum Academiae nocebit. Multi dubitant an D. Hiskedius sit accepturus vocationem oblatam. Ego peregrinus in his oris conditus ejusmodi curas a me amovere territus infausto commendationis Gronovianae successu. Mihi ob absentiam D. Arnoldi et D. Schotani cura ecclesiasticos gravius incumbit onus. Studiosorum ad nos confluxus post fatales illos ignes nondum penitus extinctos laudabilis est. Plura tempus scribere non permittit. Vale Vir Celeb. seculi nostri decus. Deus O M T. Rev. ut et lectissimam conjugem et liberos clementer protegat. Franekerae 27 Janua. 1657 cujus auspicium felix vobis apprecamur.

Tuae Rever. Dignitati devotus
Johannes Valckenier

[illegible] ... docti[illegible] aetate calenti comparari pt. Quid quaeso remedij huic malo. Vos q conditores estis doctorum operam dare debetis, ne inverso ordine vestri tituli (qui tamen ex papali fastigio descendunt) veritati et ordini a Christo

ondum.
dum.

Zeer Waerdigen, Godtsaligen
Hooggeleerden Heere
Johannes Cocceius Doctor
en Professor in de H.
Theologie op de Ver-
maerde Universiteit

Tot

Leyden